

PSALMUS 36

36 : 1 **IPSĪ DĀVĪD: NŌLĪ aemulārī in malignantibus, neque zēlāveris
facientēs inīquitātem.**

For David himself: Be not emulous of evildoers, nor envy them that work iniquity.

36 : 2 **Quoniam tamquam foenum vēlōciter arēscent, et
quemadmodum olera herbārum cito dēcident.**

For they shall shortly wither away as grass, and as the green herbs shall quickly fall.

36 : 3 **Spērā in Dominō, et fac bonitātem, et inhabitā terram, et
pāscēris in dīvitiis ejus.**

Trust in the Lord, and do good, and dwell in the land, and thou shalt be fed with its riches.

36 : 4 **Dēlectāre in Dominō, et dabit tībī petitiōnēs cordis tuī.**

Delight in the Lord, and he will give thee the requests of thy heart.

36 : 5 **Revēlā Dominō viam tuam, et spērā in eō, et ipse faciet.**

Commit thy way to the Lord, and trust in him, and he will do it.

36 : 6 **Et edūcet quasi lūmen jūstīam tuam, et jūdicium tuum
tamquam merīdiem.**

And he will bring forth thy justice as the light, and thy judgment as the noonday.

36 : 7 **Subditus estō Dominō, et orā eum; nōlī aemulārī in eō qui
prōsperātur in viā suā; in homine faciente injūstīas.**

Be subject to the Lord, and pray to him; envy not the man who prospereth in his way; the man who doth unjust things.

36 : 8 **Dēsine ab irā, et dērelinque furōrem; nōlī aemulārī ut
malignēris.**

Cease from anger, and leave rage; have no emulation to do evil.

36 : 9 **Quoniam quī malignantur exterminābuntur; sustinentēs
autem Dominum, ipsī hērēditābunt terram.**

For evildoers shall be cut off; but they that wait upon the Lord, they shall inherit the land.

36 : 10 **Et adhūc pusillum et nōn erit peccātor, et quaerēs locum ejus,
et nōn inveniēs.**

For yet a little while and the wicked shall not be, and thou shalt seek his place, and shalt not find it.

36 : 11 **Mānsuētī autem hērēditābunt terram, et dēlectābuntur in
multitūdine pācis.**

But the meek shall inherit the land, and shall delight in abundance of peace.

36 : 12 **Observābit peccātor jūstum, et strīdēbit super eum dentibus
suīs.**

The sinner shall watch the just man, and shall gnash upon him with his teeth.

36 : 13 **Dominus autem irrīdēbit eum, quoniam prōspicit quod veniet
diēs ejus.**

But the Lord shall laugh at him, for he foreseeeth that his day shall come.

36 : 14 **Gladium ēvāgīnāvērunt peccātōrēs; intendērunt arcum suum,
ut dēiciant pauperem et inopem, ut trucīdent rēctōs corde.**

The wicked have drawn out the sword: they have bent their bow. To cast down the poor and needy, to kill the upright of heart.

36 : 15 **Gladius eōrum intret in corda ipsōrum, et arcus eōrum
cōnfringātur.**

Let their sword enter into their own hearts, and let their bow be broken.

- 36 : 16 **Melius est modicum jūstō, super dīvitiās peccātōrum multās.**
Better is a little to the just, than the great riches of the wicked.
- 36 : 17 **Quoniam brāchia peccātōrum conterentur; cōfirmat autem jūstōs Dominus.**
For the arms of the wicked shall be broken in pieces; but the Lord strengtheneth the just.
- 36 : 18 **Nōvit Dominus diēs immaculātōrum, et hērēditās eōrum in aeternum erit.**
The Lord knoweth the days of the undefiled, and their inheritance shall be for ever.
- 36 : 19 **Nōn cōfundentur in tempore malō, et in diēbus famis saturābuntur,**
- 36 : 20 **quia peccātōrēs perībunt. Inimīcī vērō Dominī mox ut honōrificātī fuerint et exaltātī, dēficientēs quemadmodum fūmus dēficient.**
They shall not be confounded in the evil time, and in the days of famine they shall be filled:
Because the wicked shall perish. And the enemies of the Lord, presently after they shall be honoured and exalted, shall come to nothing and vanish like smoke.
- 36 : 21 **Mūtuābitur peccātor, et nōn solvet; jūstus autem miserētur et tribuet.**
The sinner shall borrow, and not pay again; but the just showeth mercy and shall give.
- 36 : 22 **Quia benedīcentēs eī hērēditābunt terram; maledīcentēs autem eī disperībunt.**
For such as bless him shall inherit the land; but such as curse him shall perish.
- 36 : 23 **Apud Dominum gressūs hominis dīrigentur, et viam ejus volet.**
With the Lord shall the steps of a man be directed, and he shall like well his way.
- 36 : 24 **Cum ceciderit, nōn collīdētur, quia Dominus suppōnit manum suam.**
When he shall fall, he shall not be bruised, for the Lord putteth his hand under him.
- 36 : 25 **Iūnior fuī etenim senuī, et nōn vīdī jūstum dērelictum, nec sēmen ejus quaerēns pānem.**
I have been young and now am old, and I have not seen the just forsaken, nor his seed seeking bread.
- 36 : 26 **Tōtā diē miserētur et commodat, et sēmen illīus in benedictiōne erit.**
He showeth mercy and lendeth all the day long, and his seed shall be in blessing.
- 36 : 27 **Dēclīnā ā malō et fac bonum, et inhabitā in saeculum saeculī.**
Decline from evil and do good, and dwell for ever and ever,
- 36 : 28 **Quia Dominus amat jūdicium, et nōn dērelinquet sānctōs suōs; in aeternum cōservābuntur. Injūstī pūnientur, et sēmen impiōrum perībit.**
for the Lord loveth judgment, and will not forsake his saints; they shall be preserved for ever. The unjust shall be punished, and the seed of the wicked shall perish.
- 36 : 29 **Jūstī autem hērēditābunt terram, et inhabitābunt in saeculum saeculī super eam.**
But the just shall inherit the land, and shall dwell therein for evermore.
- 36 : 30 **Ōs jūstī meditābitur sapientiam, et lingua ejus loquētur jūdicium.**
The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment.
- 36 : 31 **Lēx Deī ejus in corde ipsīus, et nōn supplantābuntur gressūs ejus.**
The law of his God is in his heart, and his steps shall not be supplanted.

36 : 32 **Cōnsīderat peccātor jūstum, et quaerit mortificāre eum.**

The wicked watcheth the just man, and seeketh to put him to death.

36 : 33 **Dominus autem nōn dērelinquet eum in manibus ejus, nec damnābit eum cum jūdicābitur illī.**

But the Lord will not leave him in his hands, nor condemn him when he shall be judged.

36 : 34 **Expectā Dominum et cūstōdī viam ejus, et exaltābit tē ut hērēditāte capiās terram; cum perierint peccātōrēs vidēbis.**

Expect the Lord and keep his way, and he will exalt thee to inherit the land; when the sinners shall perish thou shalt see.

36 : 35 **Vidī impium superexaltātum, et ēlevātum sicut cedrōs Libanī.**

I have seen the wicked highly exalted, and lifted up like the cedars of Lebanon.

36 : 36 **Et trānsivī, et ecce nōn erat, et quaesivī eum, et nōn est inventus locus ejus.**

And I passed by, and behold he was not, and I sought him, and his place was not found.

36 : 37 **Cūstōdī innocentiam, et vidē aequitātem, quoniam sunt reliquiae hominī pācificō.**

Keep innocence, and behold justice, for there are remnants for the peaceable man.

36 : 38 **Injūstī autem disperībunt simul; reliquiae impiōrum interībunt.**

But the unjust shall be destroyed together; the remnants of the wicked shall perish.

36 : 39 **Salūs autem jūstōrum ā Dominō, et prōtēctor eōrum in tempore trībulātiōnis.**

But the salvation of the just is from the Lord, and he is their protector in the time of trouble.

36 : 40 **Et adjuvābit eōs Dominus, et liberābit eōs, et ēruet eōs ā peccātōribus, et salvābit eōs, quia spērāvērunt in eō.**

And the Lord will help them, and deliver them, and he will rescue them from the wicked, and save them, because they have hoped in him.